

## V.

AN OBITUARY AND CALENDAR OF SCOTTISH SAINTS, EXTRACTED FROM THE MARTYROLOGY FOR THE USE OF THE CHURCH OF ABERDEEN, A MS. OF THE SIXTEENTH CENTURY. COMMUNICATED BY DAVID LAING, ESQ., F.S.A. SCOT.

In most Parish as well as Collegiate churches, there were chapels, endowed by private individuals or corporations, for the support of one or more chaplains for service at particular altars. The office which they had to perform was, on the several Anniversaries, to sing mass for the souls of the founders, their friends and relations. This was the Obit, and the names of such benefactors were entered in the Obituary, which formed part of the Calendar in the Missals or Breviaries of particular churches. In this way such Calendars have usually a special or local interest. The volume from which the following Obituary is extracted was presented to the University Library, Edinburgh, by Laurence Charteris, Professor of Divinity, in the year 1677. It is a MS. in folio of 110 leaves of vellum, written in the early part of the sixteenth century, entitled "MARTYROLOGIUM SECUNDUM VSUM ECCLESIE ABERDONENSIS." We might, however, infer from the persons whose names are commemorated in this Obituary, that the volume originally belonged to the cathedral church of Murray. On the fly-leaf at the end are the following notes:—"Per me Patricium Dunbar manu propria, Amen"—apparently the transcriber of the volume; also, "Per me Jacobum Spens;" and, "This buik pertanis to Alexr. Gordoun."

The list of SCOTTISH AND IRISH SAINTS is extracted from the same MS., and is of interest, as it furnishes the names of churches dedicated to them in various parts of Scotland, or places where they were held in special reverence. In the preface to the Aberdeen Chartulary, printed for the members of the Spalding and Maitland Clubs, this list is partially given; but it was considered desirable to extract the entire passages having any reference to this country, correcting a few obvious errors, but not deeming it necessary to retain the common contractions used in such manuscripts.

In the following EXTRACTS, it may be mentioned that under the month of January no names are entered in the OBITUARY; and that the names printed in italics are more recent additions, while the words of the Calendar so printed are rubrics in the Manuscript.

- Januarius. . . . .
- Februarius.
24. *Obitus venerabilis et egregii viri Magistri Johannis Thorntoun precentoris Morauiensis, qui fuit bonus hospitator omnibus aduenis, qui obiit 24 Februarii Anno 1564.*
- Marcus.
10. Obitus Domini Alexandri Dunbar de Vestfeld militis et Elezabeth Suthyrland eius sponse anno Domini . . . .
11. [Obitus] reuerendi in Christo patris Gauini Dunbar Episcopi Aberdonensis anno Domini . . . .
12. Obitus domini Henrici Rynd capellani et Donaldi Vithman.
16. Obitus Magistri Gauini Lesly rectoris de Kyngusy anno Domini 1540.
17. Obitus Magistri Alexandri Suthirland vicarii de Innernes.
25. Obitus quondam Magistri Gilberti Strathauchyn canonici Morauiensis fundatus per Magistrum Jacobum Strathauchine durante vita postea die obitus eius.
- Aprilis.
7. Obitus venerabilis viri Magistri Alexandri Suthyrland decani Cathanensis et rectoris de Duffous.
17. Obitus domini Thome Arnulphi Comitum Morauie et Elezabeth . . . Comitisse eius.
22. Obitus reuerendi in Christo patris Johannis Vynschetyr Episcopi Morauiensis.
- Mayus.
8. Obitus Magistri Thome Lesly rectoris de Kyngusy.

## Mayus.

10. Obitus Magistri Johannis Stuart Cancellarii Rossensis et rectoris de Spyny.
11. Obitus Domini Johannis Crukschank capellani de Petcaik.
14. Obitus Vilelmi Murray et domini David Spens ac amicorum eorundem.
19. *Obitus egregii viri domini Thome Sudirland rectoris de Ryne anno 1558 die Ascensionis Domini.*
20. Obitus Magistri Iohannis Innes canonici Rossensis ac vicarii de Elgin et Aberkyrdour anno Domini . .
28. *Obitus Magistri Adami Gordone decani Cathanensis et rectoris de Petty. xxvij s. iiijd. [Originally entered Obitus venerabilis, &c., on the 18th of June, but deleted.]*

## Junius.

25. Obitus Vilelmi Mowat rectoris de Dupil.

## Julius.

7. Obitus Malcolmi Boyn.
10. Obitus Alani Ros.
30. Obitus Magistri Roberti Keyth rectoris de Duffous.

## Augustus.

4. Obitus reuerendi in Christo patris Jacobi Morauiensis Episcopi.
12. Obitus Magistri Johannis Innernes Cancellarii Morauiensis.
27. Obitus honorabilis viri Roberti Innes domini de Innermarky et . . Stuart eius sponse anno Domini 1551.

## September.

3. Obitus honorabilis viri Georgii Duglas de Pettindrech militis anno Domini 1552.

## September.

9. Obitus venerabilis viri Magistri Jacobi Strathauchine canonici Aberdonensis ac Morauiensis et amicorum ac parentum eiusdem.
12. Obitus Capellanorum ecclesie Cathedralis Morauiensis.
28. Obitus reuerendi in Christo patris Andree Episcopi Morauiensis anno . . .

## October.

1. Obitus reuerendorum in Christo patrum Andree Murray et Johannis Pilmour Episcoporum Morauiensium.
6. Obitus Dominorum Boil [Guilielmi?] Garland et Johannis Vilman capellanorum.
12. Obitus Magistri Johannis Spaldin rectoris de Duffous.

## November.

4. Obitus reuerendi in Christo patris . . . Episcopi Brechenensis.
12. Obitus Jacobi Stuart.
24. Obitus Magistri Jacobi Murray vicarii de Lunmay anno Domini 1527.

## December.

20. Obitus Jacobi Dowglas de Pettindrech.
21. Obitus Daudid Dowglas de Pettindrech.

---

INCIPIIT MARTYORLOGIUM SECUNDUM VSUM ECCLESIE  
ABERDONENSIS.

*iiij. Kl. Januarij.*—In Scotia Sancti Duthaci episcopi et confessoris.

*vij. Idus Januarij.*—In Scotia apud Inchealyerth Sancte Kenti-

gerne matrone que non libidinis ardore sed mente incorrupta sola propaginis integra voluntate Felanum mire sanctitatis virum Scotorum populo doctorem peperit salutarem.

*v. Idus Januarij.*—In Scotia Sancti Felani abbatis apud Strathfillane qui a puericie primordiis tanta discipline regiditate carnem afflixit vt posterum sensualitatis et viciorum refrenendi motus preberet exemplum.

*Pridie Idus Januarij.*—In Scotia Sancti Nathalani episcopi et confessoris apud ecclesiam de Tullich Aberdonensis dyocisis qui vicia motusque sensuales tam stricta modestie lege temperabat vt apud illius regionis incolas insigni sanctitatis preconio celebretur.

*Idibus Januarij.*—In Scotia Sancti Kentigerni episcopi apud sedem suam Glasguensem qui tante sanctitatis honore per vtriusque hominis intigerrimam puritatem tanteque caritatis et continencie per vite austeritatem tantorumque radiabat miraculorum vt angelorum foueretur eloquio virtute et gracia vt non solum apud Scotos verum eciam apud Anglos et Hybernos singularis habeatur aduocatus. Ita vt Anglorum historiographus precipuus venerabilis Beda inter cetera Kentigerni laudum preconia sic ait Sicut Lucifer inter stellas ita Kentigernus inter Britannie sanctos emicuit quem eius contemperantius sanctissimus abbas Columba longa peregrinatione ob sua preclara merita corporaliter visitabat in qua visitatione varia ostensa sunt miracula.

*xij. Kl. Februarij.*—In Scotia apud Kilvinnyn Sancti Vinnini episcopi et confessoris qui adeo vite et morum honestate presentis vite miserabiles compescunt insolencias vt in cenobio ibidem fabricato multi a variis morborum Beati Vinnini precibus sunt curati languoribus.

*iiiij. K<sup>v</sup>. Februarij.*—In Scotia apud Dummeth Aberdonensis dyocesis Sancti Voloci episcopi et confessoris. De quo ecclesia ibidem dedicata est in qua quanto deuocius eiusdem celebratur memoria tanto mundi huius nequam deuicit inquinamenta.

*Pridie K<sup>v</sup>. Februarij.*—Eodem die Sancti Modoci episcopi et confessoris apud Kilmodok.

*Pridie N. Februarij.*—In Scotia Sancti Modani abbatis apud Fynthre cuius honore ecclesia ipsa dedicatur reliquiisque Modani et miraculorum variorum choruscantibus decorati.

*xiiij. K<sup>v</sup>. Marcij.*—In Scotia Sancti Finiani presbyteri et confessoris magne virtutis viri.

*xij. K<sup>v</sup>. Marcij.*—In Scotia Sancti Colmanni episcopi et confessoris sepultus dyocesi Rossensi apud Terbert. Cuius vite sanctitas morum honestas et virtutum merita ad eius gesta veneranda fideli populo prebent incrementa.

*K<sup>v</sup>. Marcij.*—In Scotia Sancti Monani confessoris apud Inuere in Fyfe quem locum fama sanctitatis Monani tam de vrbibus quam de agris vulgus innumerabile tam validorum quam languidorum ad beneficia Monani consequenda continue confluit.

Eodem die in Scotia Sancti Mernani episcopi et confessoris apud Aberkerdor Morauiensis diocesis qui ibidem presentis vite miserias non vrbium delicias non vestium decorem non curialium ambitionem sed horrenda carnis afflictione et pauperum continua cura et sollicitudine diem ibidem clausit extremum. Cuius caput et reliquie vt balsamo odorifere vniuerso illius prouincie populo sanitatis et leticie indies prestant incrementa.

*Pridie N. Marcij.*—In Scotia Sancti Baldredi episcopi Beati Kentigerni suffraganij apud Tynnymgham qui aurea et regalia tecta non elegit nec mundi pompis obediuit sed Christi vincula tota deuotione amplexus talibus clarat miraculis qualibus gaudebat eruditentis. Et aliorum.

*viiij. Idus Marcij.*—In Scotia Sancti Duthaci episcopi apud Tain qui eructantium opulenta conuiuia spreuit qui plausui populi non acquieuit: nec principibus placere studuit grandem exultationem anime estimans minime attentari et mundum sub pedibus habere cui tunc regum obsequia spernenti nunc non solum reges sed et vniuersale vulgus Britannie et Ybernie peregrinando gracia eiusdem precibus et clarissimis miraculis illuminantur.

*vj. Idus Marcij.*—In Scotia apud ecclesiam de Lus natalis Beati Kessogi episcopi cuius et ipse patronus vbi veneratus clarat miraculis nec immerito veneratur in terris vbi viuendi modum quesiuit in celis.

*v. Idus Marcij.*—In Scotia natalis Sancti Constantini regis et martyris de quo ecclesia de Gowan Kenneil et Dunnechtyn qui aureo dyademate relicto spretis vndique huius lacrimabilis vallis vanis oblectamentis de terreno rege celestis regis volens esse sectator et nuncius barbarice gentis non veritus feritatem exosa ieiuniis membra apud Kentyr Christum confitendo glorioso obtulit martyrio vt eterno frueretur gaudio.

*Pridie Idus Marcij.*—In Scotia Sancte Keuoce virginis non martyris apud Kyle de qua ibidem ecclesia que Keuoce non minimis miraculis decoratur et a populo vndique vicino laudibus et deuotione frequentatur.

*xvj. K<sup>v</sup>. Aprilis.*—In Scotia natalis Sancti Patricij episcopi et confessoris qui primus ibidem Christum euuangelizauit.

*xv. K<sup>v</sup>. Aprilis.*—In Scotia Sancti Finniani episcopi et confessoris qui abiectis calcatisque viciis orationi et ieiuniis vacare studuit gloriosumque sanctitatis nomen promeruit et miraculis claruit.

*Quarto K<sup>v</sup>. Aprilis.*—Ipso die deposicio Sancti Eustracij abbatis monasterij Luxoniensis. Item Sancti Columbani.

*K<sup>v</sup>. Aprilis.*—In Scotia Sancti Gilberti episcopi apud cathedralem ciuitatem suam de Dornoch: qui actiue et contemplatiue secutus vite tramitem tanta industria imbutus in floruit vt apud illustrissimos Scotorum reges felicis memorie Vilhelmum et Alexandrum filium suum singularis in republica elegitur admissus est patronis [?]. Hic contra rabiem indomitaram et siluestrium gentium castra edificans et clerum discipline mansuetudine instruens memoratum inclitissimum Alexandrum principem Cathinensem gentem ob scelus in eorum episcopum perpetratum iusticie securitate penitus delere volentem sua caritate mitigauit. Et non veritus predicatoris necem illius ecclesie regimen voluit animarum plusque deliciarum copiam optans vbi nunc et in vita tam corporibus quam animabus refrigerij salutaris prestat auxilium.

*K<sup>v</sup>. Maij.*—In Vallia Sancti Aseph discipuli Sancti Kentigerni de quo ecclesia cathedralis in eadem prouincia cuius pacientia et vite sanctitudo illius regionis incolis viuendi normam egregiam et fidei constanciam admonuit.

*vj. Idus Maij.*—In Scotia Sancti Congalli abbatis apud mo-



nasterium de Drumcongall cuius merita longe lateque diffusa miraculis non desunt clarere impolluta mente calcavit et immerito qui presentis vite infamiam et immundicie calumniam tanquam Christi pauper paupertatis et paciencie posterum prebebat exemplum.

*xvij. Kl. Junij.*—In Scocia natalis Sancti Brandani abbatis apud regalem insulam de Bute cuius vite et peregrinationis marisque et terrarum copiosa gesta et stupenda miracula enarrare nemo mortalium de facili possit que non sermonibus explicanda sed gloriosus signis quibus Indies claret comprobanda.

*vij. Kl. Junij.*—In Britannii Sancti Augustini episcopi et confessoris qui missus a Beato Gregorio primus genti Anglorum Christi euuangelium predicavit.

*vij. Idus Junij.*—In Scotia Sancti Colmoci episcopi et confessoris apud Inchmahomo sepultus de quo in insula monasterium canonicorum regulare vita patrocinate Colmoco Deo famulancium vbi tanto iocundius celebrantur sua natalicia quanto salubrius clauerunt eius miracula.

*v. Idus Junij.*—In Scotia Sancti Columbe presbyteri et confessoris magne et mirande virtutis viri.

*Pridie Idus Junij.*—In Scotia natalis sancti Terrenani Pictorum archipresulis apud ecclesiam de Banquorefterny sepultus quem Sanctus Palladius Scotorum apostolus de sancto fonte leuavit aditumque Rome Gregorio magno commendavit. A quo tanta sciencia septem annis eruditus est vt per eundem ad pontificatus apicem promoueretur. Euuangelistarum quoque quatuor voluminibus metallo inclusis argento auro. texto in superficie fabricatis remuneraretur quorum Mathei euuangeliste volumen adhuc apud Banquory:

cuius miracula si curiosus aliquis inuestigare voluerit inter cetera in Britannie finibus miranda singularis. Habetur caput Terrenani admirationis ita quod caro characteris corone sue sacro oleo vncte ad mille centum annos nostris indignis oculis intuentibus manet incorrupta. Sed et alia continue corruscantia miracula videant qui eius legendam legunt. Erat enim Beati Mauricii contemporaneus et heremi cultor deuotissimus.

*av. Kl. Julij.*—In Britannia Sancti Botulphi abbatis de quo commemoratio. In Hybernia Sancti confessoris et prophecie spiritu pleni Moloci episcopi et confessoris.

*xvij. Kl. Julij.*—Natalis Sancte Margarite regine Scocie heredis Anglie de qua insigne cenobium de Dunfermling vbi continentie caritatisque sue almifica merita adeo notabilia admirantur vt non solum pauperes aluit et vestiuit sed et leprosios ex nimia compassione pedes lauit et osculabatur. Cuius studium erat pauperum inopie subuenire relegiosorum cenobiis manus adiutrices porrigere operibus misericordie incessanter vacare. Ita vt miraculorum indicii illustribus suis sequacibus sanctitatis preberet exemplum.

*vij. Kl. Julij.*—In Scotia Sancti Moloci episcopi cuius reliquie gloriose apud Rosmarky: varie de eo dedicantur ecclesie. Huius est Lismorensis ecclesia cathedralis: floruit miraculis a iuuentute et adhuc floret ita vt tanto tempore preclara sua poscentibus patebunt patrocina quanto perhennia sue sanctitati conceduntur premia. Et aliorum.

*Kl. Julij.*—In Scotia Sancti Seruani episcopi. Hic ex Cananiorum prosapia patre Obeth matre vero Alixa Arabie regis filia genitus relicta Chananeorum regione et cognacione sua alias re-

giones varias perlustrans et animarum salutem requirens vsque ad Scociam clara sanctorum comitatus caterua peruenit et apud Culros vbi sue requiescunt reliquie tanta vite solitudine et carnis abstinencie in partibus illis corporis lasciuiam refrenabat vt preclara sua miracula posterum stupenda merito Seruanum summe extollendum laudibus efferunt et sine fine in celestibus regnaturum insinuant.

Item octaue Iohannis Baptiste. Eodem die in Britannia Sancti Rummaldi Scoti episcopi et martyris apud ducale opidum Machliniensis qui tanto labore et studio vbiorem eterne vite contendebat adipisci gloriam vt relicto natali solo soli Deo adherens et martyrium scitiens clariorem estimans consequi premij triumphum quanto ardentius gentilium se opponeret iaculis qui Machliniensi glorioso occubuit martyrio optatam promerendo felicitatem. Cuius reliquie splendidissimo suo sarcophago argentoque fulgido auro texto apud principalem Machlinie ecclesiam nomini suo dedicatam vbi crebris claret miraculis et multiplicibus decoratur beneficiis.

*Pridie N. Julij.*—In Scocia Sancti Palladii Scotorum apostoli qui secundum Bedam et Sigibertum historiographos per beatissimum dominum Celestinum a Beato Petro Papam quadragesimum primum anno incarnationis quadringentesimo vicesimo nono ad Scotiam cum suis sodalibus pro fide predicanda transmissus fuit. Eius discipulus erat Beatus Terrenanus et multos tam Scotos quam Pictos gentilitatis errore seductos ad Christi fidem conuertit mediantibus vite sue sanctitate et signorum claritate. Cuius corpus apud Fordoune et reliquie nostris diebus in quamdam capella ibidem translate.

*iiij. Idus Julij.*—In Britannia minori Sancti Turiani episcopi et confessoris mire simplicitatis et innocencie viri.

*v. Idus Augusti.*—In Scocia Mochoat confessoris.

*iii. Idus Augusti.*—In Insula de Boit Sancti Blani episcopi et confessoris.

*ix. Kl. Septembris.*—In Scocia Sancti Yarchardi episcopi apud Kyncardin Aberdonensis dyocesis. Cuius memoria pie censetur esse veneranda et laudibus dignis extollenda. Qui caduca et vana huius mundi calcando et celestibus desideriis inherendo pauper Christi purissimam in presente elegit vitam vt largam eterne vite consequeretur beatitudinem.

*vj. Kl. Septembris.*—In Scotia Sancti Malrubij martyris sepultus apud Appilhorss Rossensis dyocesis. Cuius tanto sperabatur in partibus illis beatitudo in patria quanto eiusdem miranda apud illam indomitam gentem comprobatur probitas et patiencia.

. . . Augustuduno Sancti Fiacri episcopi.

*iiij. Kl. Septembris.*—Eodem die Fiacri abbatis.

*Pridie Kl. Septembris.*—In Britannia transitus Sancti Aydani primi Lindisfernensis episcopi et confessoris cuius animam Sanctus Cuthbertus vidit in celis ab angelis deferri.

*Kl. Septembris.*—In pago Neumacensi Sancti Egidii abbatis.

*v. Idus Septembris.*—In Ybernia Sancti Kyrani viri Dei cuius vita claris miraculis in Christi ecclesia refulsit.

*Decimo Septimo Kl. Octobris.*—In Scocia Sancti Mirini episcopi et confessoris apud Pasletum cuius ibidem cenobium sumptuosa

dedicatum structura illustrium Scotorum regum meritis Merini dotatum vbi varia miraculosa sanctitatis sue patent indicia.

*Decimo Sexto K<sup>v</sup>. Octobris.*—In Scotia Sancti Niniani episcopi et confessoris sepultus apud cathedrale cenobium Candidecase. Cuius reliquie tanta clarent miraculorum chorusatione vt non solum illum ibidem visitantibus prodesse tantum ad sanitatem morborum quantum incolis tocius prouincie ad temporalis comodi incrementum sed et de cecorum claudorum et languidorum curationibus legant Scotorum Anglorum Yberniencium Niniani deuoti cultores quantum illis in partibus profuit et indies ad salutem prodesse non desinit.

*x. K<sup>v</sup>. Octobris.*—In Scotia Sancti Lolani episcopi et confessoris de Kyncardin prope Stirling et ibidem sepultus qui sicut presentis vite virtutum tramite studuit obprobria deuitare ita celestis glorie signorum magnitudine participem se probat celebrari.

*ix. K<sup>v</sup>. Octobris.*—In Scotia Sancti Adampnani abbatis cuius reliquie in sancta Yensi insula mirandis clarent signorum prodigiis quem Sanctus Columba antequam nasceretur precinebat et doctorem catholicum futurum predicabat.

*vij. K<sup>v</sup>. Octobris.*—Sancti Fimbarri episcopi Cathinensis qui diem ibidem clausit extremum cuius vite temporancia ferocem illam gentem celestis vite pabulo refertam Deo reddidit acceptabilem.  
 . . . In Ybernia Sancti Barri episcopi et confessoris.

*vj. K<sup>v</sup>. Octobris.*—In Ybernia Sancti Colmani confessoris viri Dei inter suos diuinis scripturis eruditissimi.

*iiiij. Kl. Octobris.*—In Scocia Sancti Machani episcopi. Hic apud Campsi in Lenox sepultus: vite et virtutum speculum singulare. Gentem illam moribus et fide instructam sua exhortatione a viciis ad vitam reduxit.

Eodem die in Scocia apud Inchenan Sancti Conualli confessoris cuius predicatio preclaram sanctitatis sue excellenciam signorum choruscatione posteris morum prebet incrementum.

*viiij. Idus Octobris.*—Item in Scocia Sancte Treduane virginis non martyris apud Lestalrig que ibidem honorifice apud capellam Regiam sepulta miraculis claret.

*iiij. Idus Octobris.*—In Scocia Sancti Congani abbatis de quo ecclesia de Turreff:

Eodem die in Scocia Sancte Fincane virginis non martyris de qua est ecclesia in dyocesi Dunblanense:

Eodem die in Scocia sancte Findoce virginis non martyris de qua est ecclesia infra dyocesim Dunblanensem:

Quarum omnium vita et sanctitas signorum multitudine predicatur.

*xviij. Kl. Nouembris.*—In Scocia Sancti Reguli abbatis apud ecclesiam de Kylrewni.

Eodem die in Scocia Sancti Colmanni episcopi et confessoris.

*xij. Kl. Nouembris.*—In Scocia Sancti Mundi abbatis apud Kilmond in Cowan qui ibidem apud illius provincie incolas mirandis effertur laudibus.

*viiij. Kl. Nouembris.*—Eodem die in Scocia apud Kilmernoeh Sancti Mernoci episcopi et confessoris.

*vij. Kl. Nouembris.*—Eodem die natalis Beati Beani episcopi apud Fowlis in Stratherne.

*iiij. Kl. Nouembris.*—Eodem die in Scocia apud Kyrkyner in Galwedra Sancte Kennere virginis non martyris.

*iiij. Kl. Nouembris.*—In Scocia Sancti Talaricani episcopi et confessoris cuius vite et virtutum merita apud ecclesiam de Fordis in eiusdem honore dedicatam celebrari non desinunt.

*iiij. N. Nouembris.*—In Scocia Sanctarum Baye et Maure virginum non martyrum apud Kylmawar.

Eodem die in Scocia Sancti Englacij abbatis de quo ecclesia de Terwes.

Eodem die in Scocia Sancti Nidani apud Midmar confessoris : quorum omnium vita laudabilis.

*v. Idus Nouembris.*—In Scocia Sancti Moroci episcopi cuius ecclesia cum sepultura apud Lekraw prope Striueling.

*Pridie Idus Nouembris.*—Depositio Sancti Cuthberti episcopi Turonis ciuitatis Gallie : depositio Sancti Mauricii eiusdem ciuitatis archiepiscopi qui apud Scotos Machorius nominatur apud Hybernicos vero Mochrumma.

Eodem die apud Gandauum in Flandria natalis Sancti Liuini Scoti episcopi et martyris cuius cenobium cum sepultura extra muros eiusdem ciuitatis vbi multiplicibus laudum et virtutum effertur preconiiis.

*Idibus Nouembris.*—In Scocia Sancti Diuinici confessoris.

*xvij. Kl. Decembris.*—In Scocia Sancti Modani episcopi et confessoris apud Falkirk cuius vita sancta et conuersatio fuit deuota.

*xvij. Kl. Decembris.*—In Scocia Sancti Machuti episcopi et confessoris qui apud Lesmahago claret miraculis.

Eodem die in Scocia apud Glammis floret Fergusius episcopus Sanctus.

*Quarto N. Decembris.*—In Scocia apud Rathyn Aberdonensis diocesis Deo deuotus Sanctus Ethernanus episcopus fama celebris et conuersione sanctus.

*Pridie Idus Decembris.*—In Ybernia Sancti Finnani abbatis viri eruditissimi in Scripturis diuinis.

*Idibus Decembris.*—Eodem die in Scotia apud Kyrkwal Magni Martyris ibidem celebratur festiuitas.

*xix. Kl. Januarij.*—In Scocia apud Abirdour Aberdonensis diocesis Sancti Drostani abbatis. Reliquie gloriose cuius virtutum signa laudibus merito sunt extollenda.

*Decimo quinto Kl. Januarij.*—In Scocia Sancti Maniri episcopi gloriosi, cuius sanctitas sinceris mentibus est predicanda.

*xj. Kl. Januarij.*—In Scocia apud Lauthreis Ethernasius episcopus vite mirande sanctitatis et gracia plenus.

*x. Kl. Januarij.*—In Scocia Sancte Mazote virginis non mar-  
VOL. II. PART II.



tyris vnus nouem virginum de qua ecclesia de Dulmaok. Cuius vite pudicitia ibidem predicatur.

Eodem die Sancti Carani episcopi cuius ecclesia de Fetheresso.

Eodem die in Scocia sancti Alloci episcopi.

Eodem die Sancti Diaconani confessoris apud Keg Aberdonensis diocesis.

Ipsa die Sancti Fotini episcopi et martyris apud Neyg Sancti Andree diocesis.

---

*June 9, 1856.*

ARCHIBALD T. BOYLE, Esq., Advocate, Vice-President, in the Chair.

The following Gentlemen were admitted Fellows of the Society :—

The Rev. THOMAS M'LAUCHLAN, Edinburgh.

ALEXANDER LAING, Esq., Newburgh, Fife.

Two Bronze Rings, recently dug up near Stobo Castle, Peeblesshire, were sent for Exhibition to the Meeting (one of which is carefully figured, p. 277). By Sir G. GRAHAM MONTGOMERY, Bart., M.P., F.S.A. Scot.

The Donations to the Museum and Library included—

Archæological Journal for December 1855. No. 48. 8vo. London. By the ARCHÆOLOGICAL INSTITUTE OF GREAT BRITAIN.

Parallel Passages from *Two Tales*, elucidating the origin of the Plot of Guy Mannering. Edited by G. J. FRENCH. 8vo, pp. 62. Manchester, 1855; and

Bibliographical Notices of the Church Libraries at Turton and

Gorton, bequeathed by Humphry Chetham. Edited by G. J. FRENCH. 4to. Manchester, 1855. By G. J. FRENCH, Esq., Corr. Mem. S.A. Scot., Bolton.

Journal of the Kilkenny Archæological Society for January and March 1856. Vol. I., New Series. Parts 1 and 2. 8vo. Dublin. By the SOCIETY.

Dissertation sur une Médaille Romaine frappée sous TIBÈRE au nom de IVLLIÆ AVGVST. 8vo, pp. 13. Alençon, 1855. By the Author, A. DEVILLE, Alençon.

Memoir of the late John Adamson, Esq., F.S.A. Scot. 8vo, pp. 13. Newcastle, 1856. By the Rev. E. H. ADAMSON.

Russian Soldier's Helmet, taken in the Great Redan, Sebastopol, 9th September 1855. By R. JAMIESON, Esq., 79th Regiment of Foot.

Steel Cross-Bow (marked on the lock) "BARKER, WIGAN." By A. MEIN, Esq., George Street.

Ears of Wheat (resembling the Talavera Wheat), raised from Seed taken from an Egyptian Mummy-Case. By the Right Honourable The EARL of BUCHAN.

Sword, with Guard over hilt, blade broken, found on Dunse Law. By ROBERT HUNTER, Esq., Dunse.

Mr STUART, Secretary, read a letter addressed to him by Dr Wise, stating that Lord Wharnccliffe had recently caused the fractured parts of the sculptured stone at Keillor to be clasped together, and to be set up in its original position, and that, with the view of preserving the monument from future injury, his Lordship had surrounded it with a substantial wall, and planted the inclosed space with trees. The Society expressed its satisfaction with the attention shown by his Lordship in the preservation of this monument, and trusted that his example would be generally followed.

The following communications were then read :—